

CATECHISMVS

EX DECRETO

CONCILII TRIDENTINI,

AD PAROCHOS,

PII V. PONT. MAX.

iussu editus.

Seminarij Aiber. Salu.
In hac editione, prater mendas plurimas correctas, adiecta etiam sunt passim in margine cum scripturarum, tum patrum loca, in exemplaribus reliquis praesertim Romanis, omissa.

In no dedit D. Has Strong pp offeri



de la lib.
R.

LOVANI,

Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs Aureis. An. 1567.

Cum Gratia & Privilegio Regia Maieſt.



1

G A T E C H I S M U S
E X D E C R E T O C O N C I L I I
T R I D E N T I N I ,
A D P A R O C H O S ,

Sanctiss. D. N. Pii. Quinti iussu editus.



F *A* est humana mentis, & intelligentia ratio, ut, cum aliis multa, quae ad diuinarum rerum cognitionem pertinent, ipsa per se, magno adhibito labore, & diligentia, inuestigauerit, ac cognouerit, maximam tamen illorum partem, quibus aeterna salus comparatur, cuius rei in primis causa homo conditus, atque ad imaginem & similitudinem Dei creatus est, naturae lumine illustrata cognoscere, aut cernere numquam potuerit. Inuisibilia quidem Dei, ut docet apostolus, a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: verum mysterium illud, quod absconditum est a saeculis, & generationibus, ita humanam intelligentiam superat, ut, nisi manifestum fuisset sanctis, quibus voluit Deus fidei munere notas facere diuitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, nullo studio homini ad eam sapientiam aspirare licuisset. Cum autem fides ex auditu concipiatur, perspicuum est, quam necessaria semper fuerit ad aeternam salutem consequendam, doctoris legitimi fidelis opera, ac ministerium: siquidem dictum est;

Ad Rom. 1

Ad Col. 1

Ad Roman. 10